


ARCHIVIO
SEGRETERIA
AFFARI



DELLA
DI STATO
STRAORDINARI

Germania

1816/38

1938

Condanna del Nazismo ?



Germania
1938



SACRA CONGREGATIO
DE SEMINARIIS
ET DE STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Roma, 9 maggio 1938.

NUM. PROTOC. 366/38

11-5-38

Ringraziare

*(L'ordine delle circolari dei seminari
non sembra felice. Da una parte da questi impressioni
che a noi sono state spiccatamente come rapporto
alla prescrizione e dall'altra per la durata
di tempo degli AA. EE. SS.)*

Eminenza Reverendissima,

mi reco a premura di rimettere all'Eminenza Vostra Rev.ma
copia della lettera diretta, per Augusto ordine del S. Padre,
Prefetto di questa Sacra Congregazione, alle Università e agli
Istituti di cultura superiore dipendenti dall'Autorità Ecclesia-
stica, onde ovviare razionalmente ad alcuni moderni errori tra i
più perniciosi.

Profitto della circostanza per rinnovare all'Eminenza
Vostra l'espressione del mio profondo ossequio, con cui, chino
al Bacio della S. Porpora, ho l'onore di confermarmi

dell'Eminenza Vostra Rev.ma

con rispetto, devotissimo, obbligo suo

*Eugenio Pacelli
Segretario*

(con inserto)

A Sua Eminenza Rev.ma
il Signor Cardinale EUGENIO PACELLI
Segretario di Stato di S. Santità

= CITTA' DEL VATICANO =



50

1816/38



SACRA CONGREGATIO
DE SEMINARIIS
ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Romae, die 13 aprilis a.1938

NUM. PROTOC. 356/38

(Hic numerus in responsione referatur)

Reverendissime Domine,

in Nativitatis Domini Nostri pervigilio, proxime elapso anno, Augustus Pontifex, feliciter regnans, ad Eminentissimos Purpuratos Patres et ad Romanae Curiae Praelatos de gravi, qua catholica Ecclesia in Germania afficitur insectatione, ut omnes norunt, moerens allocutus est.

Id vero Beatissimi Patris quam maxime opprimit animum quod ad tantam iniustitiam excusandam impudentes interponunt calumnias atque doctrinas perniciosissimas, falsi nominis scientia fucatas, longe lateque spargentes et mentes pervertere et veram religionem eradicare conantur.

Quae cum ita sint Sacra haec Congregatio studiorum Universitates Facultatesque catholicas admonet ut omnem suam curam atque operam ad veritatem contra grassantes errores defendendam conferant.

Itaque magistri, pro viribus, e biologia, historia, philosophia, apologetica et disciplinis iuridico-moralibus arma sedulo mutuent ut perabsurda quae sequuntur dogmata valide sciteque refellant:

1. Stirpes humanae indole sua, nativa et immutabili, adeo inter se differunt ut infima ipsarum magis distet a suprema hominum stirpe quam a suprema specie brutorum.



2. Stirpis vigor et sanguinis puritas qualibet ratione conservanda et fovenda sunt; quidquid autem ad hunc finem ducit eo ipso honestum licitumque est.

3. Ex sanguine, quo indoles stirpis continetur, omnes qualitates intellectuales et morales hominis, veluti e potissimo fonte, effluunt.

4. Finis praecipuus educationis est indolem stirpis excolere atque animum flagranti amore propriae stirpis, tuamquam summi boni, inflammare.

5. Religio legi stirpis subest eique aptanda est.

6. Fons primus et summa regula universi ordinis iuridici est instinctus stirpis.

7. Non existit nisi KOSMOS, seu Universum, Ens vivum; res omnes, cum ipso homine, nihil aliud sunt quam variae formae, per longas aetates succrescentes, Universi Viventis.

8. Singuli homines non sunt nisi per "Statum" et propter "Statum"; quidquid iuris ad eos pertinet ex Status concessione unice derivatur.

Quisquis autem his infensissimis placitis alia facile adicere poterit.

Sanctissimus Dominus Noster, huius S.C. Praefectus, pro certo habet Te, Reverendissime Domine, nihil intentatum relicturum ut quod a Sacra Congregatione praesentibus litteris praecipitur, ad effectum plene adducatur.

Qua par est observantia

Tibi in Christo addictissimus



The last doc is from 13 April 1938 and entitled "Condemnation of Nazism". This was written by the Congregation for the Seminaries and Catholic Universities on order of Pius XI and published on the front page of the O.R. when Hitler visited Rome. The letter shows how deeply Pacelli was involved in it.